



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Petri Ioannis Perpiniani Valentini, Societatis Iesv  
Presbyteri. Orationes Dvodeviginti**

**Perpiña, Pedro Juan**

**Lvgdvni, 1622**

Septima, de perfecta doctoris Christiani forma, habita Romae, coràm  
aliquot Cardinalibus, in renouatione studiorum mense Nouembri, anni.  
1562.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13368**

Valeat igitur, auditores optimi, valeat apud vos bonorum exemplum, valeat maiorū auctoritatis, valeat cōmunis hominum dignitas, valeat respublica, valeat religio, cui si in hisce tantis, & tam cæcis errorum nubibus & procellis, sapientis & ornatae orationis facem prætuleritis ad aliorum salutem conseruandam, immortalia vobis à Deo præmia operæ laborisq̄ue vestri tum viuis, tum mortuis persoluentur. Hæc habui, adolescentes optimi quæ hodierno die dicerem; cætera, quæ ad explanationem. Ciceronis attinent, vestrâ bonâ venia in proximam lucem differemus.

---

PETRI IOANNIS  
PERPINIANI.

*De perfecta Doctoris Christiani forma.*

ORATIO VII.

**N**escio quo pacto fit, patres amplissimi, ut vbi me quàm prudentissimum esse oporteret, ibi vix vllam pristinae verecundie meæ partem retinere possim: nam cū in hac vrbe principe orbis terræ, vel vnūverbum facere peregrinum hominem summæ sit impudentiæ; me ab vltimis terrarum partibus

tibus non ita pridē aduocatū pietas, & officiū & amor erga iuuetutem studiosam bonarum artium, nimiū sæpè loqui; vel potius indecorè clamare cogit. Repetite memoria iantriqua illa rostra, forum, curiā, & populi Romani gloriam, non solūm in militari, sed etiam in omnibus partibus humanitatis atque doctrinæ: cogitate Crassos, Antonios, Hortensios, Cicerones, & illam præclaram eloquentiæ formam, quā quōdam accepimus, in hoc imperij domicilio fuisse versatam: sic credo statuetis, ne Romanis quidem oratoribus aut Italis qui nunc sunt, vllum iam Romæ esse relictum locum: ego autem nescio vnde in hanc urbem paulò antè missus, pingue quiddam sonans atque peregrinum, auribus vestris ostrepere cogor impudenter. Quid faciam, patres amplissimi, quò me vertam? quid consilij capiam? non eorum audientem esse dicto quorum me potestati permisi, impium est: non morem gerere multis, hoc à me partim expectantibus, partim postulantibus, inhumanum: non seruire iuuentutis vtilitati, quoad possum hisce præsertim susceptis vitæ rationibus; flagitiosum. Ergo quando semel transire fines verecundiæ necesse est, ero benè & nauiter impudens; & quando omninò consulere pudori meo non licet, totū abiiciam:

vt impudentiæ meæ videar impudentiorem  
 exitum quæsisse. Vos parati veneratis om-  
 nium disciplinarū laudes audire; ego lau-  
 dationem in deliberationem hodierno die  
 conuertam: vos fortassè cōsilio nobis opus  
 esse existimabitis; ego vobis non modò  
 non petētibus, sed ne suspicantibus quidem  
 dabo consilium: vos de me vno iudicium  
 factum iri putabatis; ego vos etiam vnà  
 mecum ad iudiciū vocabo. Quid plura, vos  
 breuem; sed ornatam expectabatis oratum  
 culam prompti alicuius adolescentis; ego  
 vobis explicabo satis longam & impolitam  
 orationem tardi senis: quare, si quis hic est  
 vel negotiosus, vel fastidiosus vel certè  
 parum moræ patiens; moneo, prædico, antè  
 denuntio, vt de sua statione decedat, priùs  
 quàm vndique frequētiore corona circum-  
 uētus, exitu prohibeatur. Ego namque sen-  
 tiens ea studia iacere maximè, quæ apud  
 homines & natura magnanimos, & reli-  
 gione Christianos vel sola, vel præ cæteris  
 vigere oportet: & summā illam sapientiam  
 hominum generi diuinitus donatā à plerif-  
 que contemni, à paucis ita; negligenter tra-  
 ctari, vt vno die repentè suffragiis imperitiæ  
 multitudinis, & sola voluntate, sine labore  
 Theologos euadere se posse cofidant, &  
 nihil aliud afferant, nisi aut immoderatam  
 loqua

loqu  
 nè pu  
 cūm  
 rum  
 Nazi  
 se; v  
 stant  
 bus r  
 form  
 omni  
 possi  
 ipsu  
 do n  
 hunc  
 mea  
 pient  
 falsa  
 co de  
 me, c  
 fitco  
 tur, a  
 stian  
 nihil  
 man  
 plect  
 poste  
 lian  
 runt  
 poste

loquacitatem, aut sophistarum ineptias planè pueriles; decreui non mecum esse, mecumque, ut dicitur, viuere, nullam humanarum rerum partem attingēs, ut S. Gregorius Nazianzenus aliquando se cōfiteretur optasse; verùm in hac frequentia virorum præstantium perfectissimam quandam, & omnibus numeris absolutam doctoris Christiani formam proponere, & ad eam amplectēdam omnes adhortari: si fortè oratione consequi possim, ut vel vnus aliquis pulchritudine ipsius & nobilitate capiatur, quod si dicendo non tantum effecero, quantum volo; hunc certè fructum omnes ex adhortatione mea capiemus, ut qui nobis Theologi sapientēsque videmur esse, cum non simus, falsam de nobis opinionem hoc ipso in loco deponamus. Neque verò quisquam vel me, quē omnium rerum ignarum esse confiteor, vel alium aliquem hominem intueatur, animo, cum de præstantis doctoris Christiani forma disputabo: nihil enim mortale, nihil caducum, nihil quod cerni oculis, aut manibus tractari queat, oratione mea complectar; sed, ut diuinus ille Plato ciuitatem posteris, M. autem Tullius, & F. Quinctilianus oratorem talem suis litteris effinxerunt, qualem nemo vidisset vmquam, vel postero tempore visum iri arbitrarentur: sic ipse

ipſe vobis talem Chriſtianaꝝ philoſophiæ  
 magiſtrum verbis depingam, qualis nemo  
 vſquam eſt, neque antè fuit neque fortalſe  
 conſequentibus ætatibus exiſtet: eos ſem-  
 per excipio, qui diuinitus, vel iam olim in-  
 ſtituti fuerunt, vel poſthac inſtituentur ali-  
 quando. Denique dicam paucis, perfectionẽ  
 ipſam Chriſtianaꝝ doctri-næ ponã ante ocu-  
 los; vt cùm ad eam quiſque noſtrũm omni  
 ope cõtendit: ſi primas minus aſſequi potue-  
 rit, certè in ſecundis aut tertiis nõ inhoneſtè  
 conſiſtat: res erit, vt ſpero conſentanea æta-  
 ti meæ, his altercationibus annuis, huic re-  
 ligioſo templo. his auditoribus cupidis eru-  
 diendæ multitudinis accommodata, nõ in-  
 digna veſtris auribus, patres ampliffimi, his  
 ornatiffimis viris, qui circumſtãt non inu-  
 tilis, omnibus qui adſunt, ad cognoſcendum  
 grata & iucunda. Dicendum eſt enim de  
 ſapientiæ diuinæ dignitate atque fructu, de  
 omnibus ferè ſcientiis, & artibus humanis  
 eius comitibus & adminiſtris de honeſtate  
 vitæ, & integritate morum; vt non tam mi-  
 hi laborandum, vt, hæbeam paratum,  
 quid dicam; quàm prouidendum, ne ſi om-  
 nia, quæ dici poſſunt, dicere voluero, nullus  
 vnquam inueniatur exitus orationi meæ:  
 adhibebo tamen ipſe mihi modũ in dicẽdo,  
 cir

circumscribam, quibus inclusa dictio, cum ad extremum venerit, ipsa suâ sponte consistat: quæso, quid agendum sit, diligenter attendite quo facilius rem totam percipere possitis. Omnes, qui in ciuitate Christiana non sibi solùm prospicere, sed etiam aliis, quod possent, adiumento esse voluerunt, duobus mihi videntur generibus contineri: partim enim non docendo, sed agendo; non superiorum præclara mirabilium, virtutum exempla narrando, sed sua ipsi præbendo, cæteros ad probitatem & sanctitatem morum incitare studuerunt: ex hoc numero fuerunt castissimæ illæ virgines & viduæ quæ inusitato vitæ genere sæpe maximam hostibus ipsis Christianæ religionis admirationem attulerunt: ex hoc Pauli Antonij, Hilariones, alique diuini homines qui abiudicatis à se facultatibus patriis, & auitis voluptatibus corporis recisis, maiorum dignitate contemptâ, spe rerum humanarum abiecta, solitudinem oppidis, feras hominibus, antra tectis, lecto solû, somno vigiliis, inedia saturitati, laborem quieti anteposuerunt: partim docendo, monendo, cohortando cæteros ab errorum tenebris ad lucem veritatis, à turpitudine vitæ ad honestatem morum, à suppliciis æternis ad immortale præmiû traducere cõtenderunt. Huius

Or. p.

T

autem rationis duos inter se dissimiles gradus ac dispares fuisse video, vnus est, eorum qui rerum cognitione diuites, orationis ornamentis inopes, prudenter illi quidem, sed parum ad persuadendum appositè dixerunt: quales ego cognoui non paucos, qui cum cogitandi prudentiâ cum primis æquarentur, eloquendi humilitate numerabantur in postremis: alter est gradus paulò altior eorum, qui & intelligendi prudentiâ, & dicendi facultate præstantes, tum rerum tum orationis copiis abundarunt, quales ferè S. Hieronymi ætate, superioribûsque seculis permulti floruerunt, & nostris temporibus etiam nonnulli florent: nam qui ornatissimè quiduis explicant, nihil tamen sapienter excogitare possunt, hi non adiumento ceteris, sed calamitati esse solent, vt ipse parens eloquentiæ M. Tullius non vno in loco testificatus est, quos ego non secus atque furiosos tantò magis fugiendos esse iudico, quantò sunt paratiores, quàm qui eloquentiæ arma non habent, & instructiores ad nocendum. Atque vt in his duobus gradibus vtilium magistrorum posteriores prioribus antecellunt: sic de duobus hominû generibus alios adiuuare cupientiû priores profecto tantò sunt posterioribus, omnibus præponendi, quantò plus ad alios excitandos valent



valent exempla quàm verba, sed nullum ex his generibus mihi videtur esse perfectum, si aliorum præsidiiis nudetur. Aduertite obsecro vestros animos, patres amplissimi, nescio quid magnum & admirabile iam pridè animo conceptum, & aliquot annos in pectore penitus inclusum, nunc demum gestit in lucem erumpere. Dico nullum generum superiorum auulsum à ceteris, ipsum per se satis esse perfectum: namque sapientia etsi per se sola probatur intelligentibus, ad imperitæ concionis animos regèdos vim satis magnā habere sola non porest. Non disputo in præsentia, quorū hoc vitio accidat ita certè euenire quotidie sentimus, si ad sapiētiam accedat eloquentia, erit illa quidem aliquantò fortior, verūm fac abesse vitæ dignitatem quātum demū oratio quāuis prudens & ornata viriūm habebit, quam eius, quī dicit, vel scelerata, vel flagitiosa vita confuter; honestæ verò vitæ splendor etsi magis ipse solus proficit, quàm sine hoc vno cetera, sæpenuerò tamen vel ad consiliū dādum in rebus difficilimis, doctrinæ; vel ad reflectendas aut concitandas populi mentes, eloquentiæ subsidia desiderabit. Igitur erit doctor Christianus omni laude cumulatus meā quidam sententiā hoc tam graui dignus nomine, qui & quācunque rē

sapienter prouidendo, & prouisam copiose ornatèque loquendo, & vità castè sanctèque degendo, populi concionem bona docere, mala dedocere sic poterit, vt & intelligenter & libenter, & obedienter audiatur: nō enim credi, non amari, non sperari potest, quod intellectum non est, nec in mentes & sensus hominum intrat, quod audiatur inuitè, nec intelligenter audiuisse & vidisse prodest, nisi parenti. Tenemus tandem aliquando, patres amplissimi, tenemus quem tanto studio & labore querebamus, aut, vt verè loquar, huiusmodi quidem neminem habemus, speciem tantum eius quandam verbis expressam animo continemus: quem ego si præsentem intuerer, non illum lacrima conarer retinere, sed vndique; ne qua elaberetur, arriperem, neque prius dimitterem, quàm nos omnes docuisset, quibus semitis, quibus gradibus, quò iam ipse peruenisset, possemus ascendere. Idem vos credo faceretis, idem ab eo precaremini, idem vniuersi efflagitaretis; magnum enim opus est, patres amplissimi, opus est magnum & difficile, tot res & tantas vnum assequi, cum vnàquæque vix diuturna hominis vita videatur esse contenta. Primo capite omnis cognitio diuinarum & humanarum rerum quoddam Christiani doctoris instrumentum, altero

altero vis eloquendi tanquam instrumenti tractatio, distinctio, expolitio continetur: tertio virtutum vniuersus ornatus, firmamentum vtriusque partis superioris atque robur: his omnibus de rebus polliceor me quinque diebus esse dicturum, nunc, dum primam partem explico, oro vos atque obsecro, vt ea benignitate, qua cæteros soletis, verba mea audiat. Etenim quàm multiplex & varia cognitione rerum, quanta sapietia opus est ei, qui sit futurus vitæ magister, populi Christiani rector, temperator animorum, dux omnium per tot tantaque pericula ad altissimum beatorum domicilium, magno labore & sudore contendentium? oratorem suum omnes antiqui dicendi præceptores negant in causis forensibus atque communibus, grauius satis & magnificè posse versari, nisi plurimarum & maximarum rerum scientia pectus antè compleverit. & in re tam tenui, vbi nihil nisi pecunia, vel ad summum ciuitas, libertas, existimatio denique vita agebatur, tamen erant tam diligentes & morosi: nos quamuis impolitum hominem, rudem & ignarum bonarum artium, stipitem, inquã, aut lapidẽ huic tãto muneri præficiemus? & populum Christi morte ab interitu vindicatum eiusdem sanguine redemptum à crudelissimis,

atque teterrimis hostibus humani generis, ad vitam beatam & immortalem, deuò quasi creatum atque generatum ei cõmittimus, cui vix quisquam suæ rei familiaris curationem rectè putet posse committi? Quid oratores commemoro? quid artifices nobiliorum artium, quæ præstentiâ sua magno in honore sunt apud omnes nationes? nemo vestrum suos agros villico rusticarum rerum experti, nemo pecuniæ procuracionem & dispensacionem huiusmodi tuendæ rei familiaris imperito; nemo ædificacionem alienissimo ab architectura commendat: dicam breui, quidquid alteri mandandum est, quod probè curari conueniat, quis est tam stultus, qui non eius rei bene peritum & intelligentem hominem sedulo perquirat? solane igitur salus animorum aut tam expedita est & facilis, vt nullam curatoris & magistri sapientiam requirat, aut tam exigua & tam vilis, vt quæ vel minimis rebus tribuitur, ei vni non sit tribuenda diligentia? Calvinianorum ista sunt instituta, quibus cum primùm nouus Christus (Antichristum dicere debui, nihil enim mihi videtur interesse, cum nouus Christus nemo possit esse, nisi hostis primi) statim igitur vt nouus Christus nuper inter alpes è cælo delapsus, scilicet, ad corrigendos errores ab il-

lo

lo, Christo per Apostolos & eorum succes-  
sores ad nos vsque transmissus, nescio quid  
in aures eis, conuiuiorum crapulam exha-  
lantibus adhuc & nihil aliud nisi sacrilegia  
& incesta meditantibus infufurrauit, veluti  
magico aliquo carmine facti repèrè sapien-  
tes, Hieronymum, Augustinum, Basilium,  
Gregorios, omnes denique veteres populi  
Christiani doctores præ se contemnunt. Vi-  
di ego anno superiore, cùm iter facerè per  
Galliam Narbonensem in taberna diuerso-  
ria quendam ex illo grege tanta doctrina,  
vt nihil planè sciret, tanta gravitate, vt  
stabulo iumentisque præesset, tanta mode-  
stia, vt stabularius hebes & indoctus, illius  
vici magistrum se esse profiteretur. Rectè  
illi quidem ad omnes res diuinas & huma-  
nas euertendas ex lacu Lemano subitò e-  
mersi doctrinam, qua cōtinentur illæ, con-  
temnunt. facile namque est sine præceptis  
aratorum arua segetesque corrumpere, &  
fortissima recta diruere sine architectorum  
disciplina Nos verò, patres amplissimi, qui  
quæ sunt ab istis furiis corrupta, vel euer-  
sa, in antiquum statum, quantum in nobis  
est, restituere velle debemus, quantum cui-  
que deesse intelligemus de summa rerum  
magnarum atque artium scientia, tam eum  
longè à perfectione Christiani doctoris

abesse putemus. Possem equidem commemorare quamplurimos, qui cum in omnibus vitæ partibus essent admirabiles atque perfecti, quòd se à doctrina imparatos esse cognoscerent, à populo docendo semper refugerunt, neque vllā huius muneris partem attigerunt, nisi quantum aliquando nata necessitas, & instinctus numinis diuini cogebat, nimirum intelligebāt illi viri excellentes, indoctos homines, quamuis optimos, ab officio multitudinis instituendæ esse remouendos. Ego verò, quantum assequi cogitatione possum, multorum eadem de re monumentis non negligenter perlectis, duplicem rerū cognitionē eximio doctori Christiano necessariam esse arbitror: vnā earū, quæ propriæ sunt huius muneris, alterā earum, quæ cum ad illas percipiendas & tractandas magnū adiuuentū præbeāt, extrinsecus assumendæ sunt: illa Theologia vocatur à Græcis, hæc omnes humanas disciplinas, aliasque res præterea non paucas comprehendit. Ac Theologiæ quidem, de qua sola nobis hodierna die verba facienda sunt magnitudo & dignitas tanta est, vt etiam sine vlla spe fructus, incredibili amore sui debeat nostras mentes incēdere, fructus tam iucundus & necessarius, vt etiam sine dignitate, sola spe utilitatis, omnium in se studia possit

possi  
dita  
ipsa  
ret:  
diui  
ius n  
stor  
vobi  
artes  
e aru  
prop  
riā, a  
exqu  
com  
diuin  
peni  
conā  
hæc  
ab ho  
illas  
mēte  
illæ n  
circu  
trāsfr  
rū di  
tract  
uina  
num  
tura

possit conuerrere, ratio discendi tam expedita, vt etiam sine dignitate & emolumēto, ipsa facilitate nos ad cognoscendum inuiteret: quid enim maius, quid augustius, quid diuinius excogitari potest illa doctrina, cuius materia subiecta Deus est, finis Deus, auctor idē Deus, forma ipsa digna Deo? Ponite vobis ante oculos patres amplissimi, omnes artes ab hominibus inuentas, quæ propter earum rerū quas docent, magnitudinē, aut propter extremi eius quo referuntur, præstantiā, aut propter inuētorū gloriā, aut propter exquisitū aliquod & singulare dicēdi genus commendantur, ex hac contentione magis diuinæ doctrinæ splendor elucebit. Illæ humi penitus iacēt: & si quādo sese altius erigere conantur, nō longē tamē ab humo recedunt: hæc relictis terris, aërem superāt, & procul ab hominum oculis abstracta, celū ipsum, & illas quæ solo animo cernuntur, incorporeas mētes celeri atque arduo volatu transcēdit: illæ rerū humanarū perangustis regionibus circumscriptæ, si quando diuinas attingunt trāserunt ad humanas: hæc in latissimo rerū diuinarū cāpo liberè peruagata, si quādo tractat aliquid de humanis traducit ad diuinas: illæ partim quæ posita sunt in hominum vita & moribus, partim obscuritatē naturæ, partim numerorū magnitudinē, sope-

S. Thom. I  
 P. q. I. art. 3

rum conuersionūque cœlestium rationem explicat quæ verò præ cæteris ampla diuinaque habetur, & in rebus ab omni materia solutis pertractandis occupata est, ea solùm de Deo, mentibūque singularibus tradit, quæ humana ratio consequi potest causas ex effectis inuestigans: at hæc nostra diuino numine nobis afflata, philosophis antiquis penitus ignota sapientia cùm nihil doceat, quod non aut Deus ipse sit, aut referatur ad Deum permulta declarat, quæ suapte natura illustrissima, nobis ob imbecillitatem animi obscurissima, cum à nemine viribus ingenij cognosci possent omnibus credere volentibus diuina benignitate patuerunt: nostra vnus & eiusdem naturæ triplex hypostasis sola proprietate distincta: nostra mirabilis illa mundi molitio, & primorum hominum tanquã alterius mundi minoris tam solers, tam stabilis, tam accurata fabricatio: nostra eluio terrarū, & animantium semina, Noë diligentia & labore seruata: nostra diuina humani animi origo: nostra Christi veri Dei hominisque vita & mors: nostræ salutare peccatorum expiationes, nostra mortuorum *Anástasis*, nostrum iudicium de omnibus hominibus formidolosū nostra spes verè beatæ, & æternæ vitæ, quibus de rebus aliisque permultis, quæ sunt propriæ



propriæ doctrinæ diuinæ si quid aliquando nonnulli Græcorum sapientes tetigerunt, aut tam inepti fuerunt, vt ridendi sint, aut tam impij, vt detestandi; quare siue sapientia est: quæ summam rerum omnium causã intuetur, hæc sola profectò, quam accepimus à Deo perfecta præ cæteris & absoluta sapientia nominanda est, quæ tota in explicatione Dei, à quo omnia sunt orta, versatur: neque communia quædam & peruulgata persequitur, quæ nostra mens vi suã videre, & explorare penitus possit, verùm ea quæ cùm sint maximè propria ipsius, ita latent, vt à nemine, nisi cui vel per se, vel per alios ipse detexerit, perspiciatur: siue de sententia Platonis earum rerum scientiam, quæ solã intelligentiã comprehenduntur, verèque sunt neque oriuntur & intereunt, sapientiam appellamus, hæc vna maximà omnium tam graui nomine digna censenda est, quæ ad recõditissima diuinitatis mysteria, vnde humanæ scientiæ prorsus excluderentur, sola penetrauit: siue Aristotelis iudicio sapientiam volumus esse earum rerum quæ sunt honore dignissimæ naturæ, scientiam & intelligentiam, cui potius hoc tam illustre nomen tribuendum est, quàm cœlesti diuinæque doctrinæ, quæ de natura illa omnium præstantissima ea nobis explicat,

cat, quæ quò minùs hominum generi sunt nota natura, eò maiore & pud omnes in honore & pretio esse debent. Fuerit sanè Thales Milesius omnium opinione sapiens: fuerit Anaxagoras ille Chazomenius: fuerit Solon Salaminus: alij permulti fuerint popularium suorum æstimatione sapientes; quòd illis eximia quædam & admirabilia, & diuina tenere viderentur: ego solum illū sine adiunctione aliqua appellari arbitror sapientem, non qui multa commentus, pauca quædam de diuinitate fuerit mēte complexus, neque magna, neque abstrusa, vt illi fecerunt: sed qui ex illa perfectissima scientia, ac beatæ mentis velut ex altissimo gurgite tantum hauserit, quantum ipsius supremæ naturæ bonitas cum hominibus communicandum esse iudicauit; permultasque res non acie ingenij sui, sed diuinæ liberalitatis munere cognorit, quas nemo nec hominum, nec cœlestium cogitando fuisset aliquando cōsequutus. Quantus in rebus, quæ tractantur, sit splendor, vidisse vos opinor, patres amplissimi, finis verò quantò est omnium humanarum sciētiarum atque artium sine potior? quantò diuinior? quantò optabilior? philosophiam vniuersam, quæ est laudandarum artium omnium procreatrix & quasi parens, ad nonnullam similitudinem

dinem

dinem Dei consequendam Plato voluit re-  
 ferri, vt, quemadmodum Deus res omnes &  
 cognoscendo intuetur, & prouidendo gu-  
 bernat; sic qui philosophiam perdidicerit, cu-  
 ius vna pars cognitionis est, actionis altera,  
 tum rerum omnium naturas, quoad eius  
 fieri possit, animo contempletur, tum animi  
 concitationes, & cetera, quę sita sunt in no-  
 bis consilio moderetur & regat. Aristoteli-  
 ci autem philosophiam ad vitam beatam  
 pertinere tradiderunt, quam cum illi in  
 præstantissima naturæ nostræ functione, id  
 est, contemplatione Dei ponant, efficit hoc  
 illa pars philosophiæ, quæ scientia sola cer-  
 nitur, vt & res diuinas, & naturam quasi  
 quandam artem Dei, mentis oculis inspiciamus;  
 ex quo *Theoretice* nominatur à Græ-  
 cis: quæ verò continetur actione, sedatis  
 moribus turbulentis, ad ea intucenda præpa-  
 rat animi tanquam cœli quandam serenita-  
 tem. Honesti sanè & præclari fines verum  
 aut proximi & intimi philosophiæ non sūt,  
 cum veritatis cognitio & honestas actionis  
 propiùs vim eius attingant, aut naturæ sūt  
 humanæ terminis & regionibus circūclusi:  
 quibus enim nostrum potest & ad illam Dei  
 similitudinem philosophicam, suis ipse præ-  
 sidiis, & ad hanc naturæ nostræ conuenien-  
 tem diuinarum rerum cognitionem vitam-  
 que

que beatam studio & industria peruenire. At Theologiæ nostræ summa est fides, spes, charitas. fide, ad quæ propter infirmitatem nostram non possumus aciem mentis intendere, ea tanquam in quodam speculo intelligentiâ videmus: spe ad ea quæ non cernimus ipsi, sed esse credimus, expectanda, generosa quædam virtus animi confirmatur: charitate ad ea diligenda, & quæ esse credimus, & consequuturos nos esse speramus, voluntas accenditur fide ad Deum accedimus; spe iam ante adeptionem quodammodo tenemus: charitate cum eo copulamur, fides tãdem aliquando cedit, spes evanescet: charitas vna permanebit: fidem cedentem illustris adspectus excipiet, fugientem spem possessio stabilis cõsequetur, charitatem corroboratam & præsentia & possessio tanti boni vehementius inflammabit. Ad hãs res planè cœlestes animi virtutes, quæ non hominum industriâ pariuntur, sed ab illo perenni fonte diuinitatis ortæ mirabiliter in nostrum pectus influunt, alendas, confirmandas, augendas, omnia præcepta, omnes rerum gestarum expositiones, omnes prædictiones diuinorum vatũ, omnes admonitiones & sententiæ dirigendæ sunt. eodem spectant instituta diuina sine scripto ab Apostolis tanquam permanens

nus tradita posteris, eodē Ecclesiæ, maximo-  
rumque Pontificum decreta: eodē sapien-  
tium explanationes, & subtiliora eorū, qui  
in schola versantur disputationes. Itaque S.

Augustinus, quicumque neque fidem ex li-  
teris sacris instruat neque sp̄ erigat, neque  
charitatem incēdat, eum nōdū intellexisse,  
constanter asseuerat; magisque putat, illū  
interpretem esse laudandum, qui hæc tria  
perficiat explicando; licet, ab eius, qui scri-  
psit: sententia longiūs aberret: qui verò tri-  
bus hisce, virtutibus nixus, ita cōtento cur-  
su feratur in cœlum, vt nulla re, eū non di-  
cam reuocare, sed retardare possit, eum af-  
firmat diuinorum librorum nō nisi ad alios  
erudiendos indigere. Paulus autem in epi-  
stola priore, quā ad Timotheum dedit,  
grauiter eos reprehendens, qui ad inutiles  
de fabulis nescio quibus & genealogiis cō-  
certationes diuinis libris abuterentur, ex-  
clamat finem esse præcepti charitatem de  
corde puro, & conscientia bona, & fide non  
ficta. De corde puro, quia nisi animo libero  
ab omnibus affectionibus humanis, & per-  
purgato, vt quod oporteat solū, & quemad-  
modum oporteat, ametur, charitas non po-  
test esse perfecta: de cōsciētia bona quoniā  
debilitatur & frāgitur spes adipiscēdi, quod  
amas, si cuius te peccati cōscientia pertur-  
bat:

1. de doct.  
Christ. ca.  
36. & 37.

cap. 1.

Aug. 1. de  
doct. Gh.  
c. 10.

st. forma  
tria peruenit  
a est fides, spes  
infirmatē  
em mentis in  
am speculo in  
ea quæ non  
us, expectat  
animi confir-  
da, & quæ esse  
os esse spera-  
ad Deum ac-  
onem quodā-  
n eo copula-  
edat, spes eua-  
dit: fidem ce-  
piet, fugien-  
quetur, cha-  
entia & pos-  
inflammabit  
mi virtutes,  
ariuntur, sed  
s ortæ mi-  
uunt, alen-  
nnia præce-  
positiones  
vatū, om-  
æ dirigen-  
a diuina si-  
m per ma-  
nus

bat: de fide non ficta, propterea quod quorum fides est simulata & falsa, hoc est, qui vel quod credere prohibentur, credunt, vel non credunt quod credere iubetur, vel quod non credunt, cum debeant, se credere simulant & fingunt; hi neque Deum verè & ex animo diligunt, & illius conspectu se temerè fruituros esse confidunt. Ac rursus ad institutam reprehensionem subito reuertens, quibus in sacrorum librorum explanatione hæc tria proposita non fuissent, eos affirmat ad inanem & stultam loquacitatē esse conuersos, cum & quid loquerentur, ipsi nescirent, & quæ nesciunt, tamen asseueranter loquerentur: ita prorsus erat necesse, ut amantes gubernatores qui neque clauum rectum tenere possent, neque scirent quam in partem vela dari oporteret, in scopulos & vada impetu cæco raperentur, vnde nisi fracta nauis nunquam emergerent. Verum quantum hæc scientia cœlestis omnibus & scientiis & artibus humanis anteponenda est, cum fines illarum tantò sint huius fine inferiores? Tertia sequitur auctorum contentio; in qua quæ tandem potest esse controuersia; Non laudabo summos illos homines, à quibus libros diuinos accepimus fuisse conscriptos. Non dicam Mosem in clarissimam familiam adoptatum Ægyptiorum

rum

rum regum, non modò liberaliter, sed etiam regio more educatum, omnibusque disciplinis & literis, quas ab ea gente Græci tot post seculis acceperunt, summa cura per sapientissimos viros eruditum ad eam magnitudinem peruenisse, ut & verbis & rebus omnium opinione longè plurimum valeret. Non commemorabo Salomonem regem, cuius nonnulla scripta in diuinis libris habemus, cum tantum ei diuinitus datum esset sapientiæ lumen; quantum neque habuisset antè quisquam, neque habiturus esset omnium rerum naturas, causas, vires animo peruestigasse: nihil magnificentius de Daniele prædicabo, qui regis Babylonij iussu Chaldeorum doctrinis imbutus, omnium est maximarum rerum scientiam consequutus: tacebo illud etiam, Paulum Apostolum & à prima pueritia literis Hebræorum fuisse diligenter institutum in vrbis clarissima doctissimo præceptore, optima disciplina, & de Græcorum rebus didicisse tantum ut nec poetas quidem eorum ignoraret, Aratum, Epimenidem, Menandrum: non abutar illa Porcij Festi voce. *Insanis Paule, multa te litera ad insaniam conuertunt*, quæ facile testatur & Apostoli qui pro se dicebat doctrinam, & eius, qui pro media oratione sic exclamauit, admirationem. Harum tot tantarumque

Exod. 2.  
Actor. 7.  
Basi. her  
in Ex

Astor.

iacturam non molestè feram, quia nõ eadẽ aliis de omnibus verè dici possunt: video enim opiliones & bubulcos & piscatores extitisse quosdam, quorũ monumenta sacra diuinaque habentur video Petrum & Ioãnẽ admiratione fuisse Iudæis eò magis, quod idiotæ essent & omnis doctrinæ liberalis expertes, nihil igitur eorum exaggerabo verbis, quæ vt in quibusdã etiã mirabilia fuisse fateamur, in plerisque nulla extitisse negare nequeamus: ne dum alios laudibus efferimus in cælum, alios ad terram, aut etiam si fieri potest, infra terram abiicere ac deprimere videamur imprudentes: illud tantum affere, quod æquè conueniat in omnes diuinorum librorũ auctores, quæso diligenter attendite. Excellentes illi homines, qui liberales artes ac disciplinas vel primi repererunt, vel ab aliis inuentas locupletarunt, vel iam satis locupletatas accuratiùs paulò quàm superiores composuerunt, etsi non erant auxilio diuino destituti, viribus tamẽ ipsi suis nitentur, quo circa fuerint illi quidem ingenio præstãtes, assiduo vsu exercitati, variarum cognitione rerum propè diuini flagrantur incredibili studio, & cupiditate veri videndi, tantam diligentiam adhibuerint, quantam possumus cogitare maximam; fugerint hominum cœtus, cibum potum



potumque neglexerint, dies noctesque vigi-  
larint, omnia ea fecerint, quæ nos vix adu-  
ci possimus, vt à quoquam facta fuisse cre-  
damus, certè cogitando & meditando nihilo  
plus assecuti sunt, quam quantum humanæ  
mentes, humi stratae suscipere potuerunt:  
nihil coeleste illi, nihil diuinum, nihil peni-  
tus à nostra cogitatione seclusum, ne sus-  
picionibus quidè obscuris attigerunt. At  
nostri sacrorum librorū scriptores, numine  
afflatūque diuino multò altiùs euecti, quam  
quo possent humanæ mentes ascēdere, tantū  
animo viderunt, nō quantum ingeniorum  
acies tulit, sed quantum eos Deus voluit vi-  
dere, voluit autem tantū, quantum erat  
non ipsis modò necessarium, quos ita mira-  
biliter subleuarat; verū illis etiam om-  
nibus quos paucorum opera statuerat erro-  
re liberare & excitare ad spem immortali-  
tatis æternæ perfruendæ: itaque vt breuif-  
simâ staturâ puer impositus in turrim edi-  
tam & excelsam multò longius latiusque  
prospicit in omnes partes, quâ quiuis alius  
quamuis procero corpore ex humili & de-  
presso loco: sic illi quamuis hebetes & tardi,  
quamuis agrestes & impolitl. tamè ex illa  
altissima specula in qua eos vis numinis di-  
uini collocarat, longè plura prospexerunt,  
quàm omnes sapientes in hac humilitate

& infirmitate naturæ depressi. Missos facio ceteros quorum partim ante Christum natum, instinctu diuino concitati res penitus abditas & latentes posteris aperuerunt, partim cum ipso Christo aut cum iis qui Christum viderant, colloquuti, eiusdem numinis afflatu omnes prope gentes ad nouum quoddam & illis temporibus inusitatum vitæ genus tradaxerunt. Moses & Paulus duorum populorum à Deo delecti duces, quorum alter Hebræis ex misera seruitute liberatis, præscripto diuino, leges tulit: alter omnibus ferè nationibus errore & superstitione cæcis, in illa terribili nocte facem verbis factisque prætulit, vt ingenio & doctrina fuerint Græcorum sapientibus inferiores, diuinis muneribus & donis illos omnes longè multùmque superarunt. Esto, neuter, vt doctissimis sanctissimisque vicis placuisse intelligo beatam illam immortalēque naturam, quoad vixit oculis mentis adspexerit: certè quantum hominibus uiuentibus hanc vitam immortalē & caducā, & in ergastulo corporis inclusis concedi fas erat, tantū vtriq; fuit à Deo tributū & concessum: nam ceteris vitibus, aut secundū quietem animo soluto & libero, & à vinculis corporis relaxato, quæ volebat significabat Deus; quod postremū est vaticinandi genus

Num. 12.

Deut. vlt.

Matt. 22e

genus, aut quod est multò superiore nobilius & præclarior genus vaticinationis, vigilantibus & sentientibus, quamuis impedito animo, & multis rerum imaginibus extrinsecus occurrentibus in diuersas partes antè distracto quibusdam visis obiectis, partim cœlestia mysteria patefaciebat, partim quid futurum esset, declarabat. At verò Mosi mirabili<sup>9</sup> atque diuinius res penitus occultas enunciabat, nullæ rerum species, nullæ similitudines extrinsecus iniiciebantur, quibus demonstraretur, quæ ab eo cognosci oporteret, sed ipse Deus per Angelum aliquem cum eo colloquens, planius & familiarius quæ vellet, exponebat. Quid? Paulus non repentino splendore percussus, & à sensibus corporis abstractus mente in tertium vsque cœlum ascendit? non audiuit ea quæ efferre, & in vulgus indicare propter magnitudinem, fas non esse arbitratur? non stimulis corporis vrgebatur, ne rerum illarum diuinitate, quas ipsa diuina bonitas detexisset, immoderatâ lætitiâ elatus, insolenter sese intoleranterque iactaret? Quòd si vel minima munera cœlestia, quibusuis naturæ donis, quauis maximis, genere ipso potiora sunt, & omnes, quos ipse Deus aliqua mirabili ratione sine litteris, sine magistro, sine voce docuit illis, longè præstât, qui multâ operâ,

Genes. 37

40. 41.

Actor. 7.

Hebr. 2.

Dionys. de

Cæl. hier.

cap. 4.

Act. cap. 9.

2. Cor. 12.

Laert. 1. 3.  
Chrysoft.  
hom. 2. in  
epistol. ad  
Rom.  
Tom. 4.

literis exquisitis, erudita voce doctoris, magnam opinionem sapientiae consequuntur: quanto iisdem omnibus antestare illi credendi sunt, qui tanto caeteris omnibus diuinitus edoctis antecellunt? Ter in Siciliam insulam Plato venit, si forte reperiret aliquam ciuitatem, in qua nouam illam reipublicae speciem, quam animo conceptam retinebat, re ipsa exprimeret instituendo Deus bone! quantis Doctrinae copiis, quo apparatu & splendore verborum; ut & propter magnitudinem rerum, quas doceret, vulgo iam diuinus haberetur, & propter orationis amplitudini iuncta suauitatem, omnes existimarent, ne Iouem quidem, ipsum, si Graece loqui voluisset, aliter ac Platonem fuisse loquuturum. Quid igitur effecit? quem sui laboris fructus assequutus est? quod navigationis tam molestae solatium reportauit? ciuitas quidem nulla reipublicae formam illam, quam afferebat, accepit: ipse adolescentem nactus vnum nobilem, ingeniosum, excelsi animi, apud quem clanculum suas illas copias explicaret, vix Archytæ Tarentini deprecatione, Dionysij tyranni crudelitatem effugit: pari ratione caeteri veteris illius Graeciae sapientes, a ciuitatum gubernaculis exclusi, in vmbraculis gymnasiarum apud adulescentulos imperitos rerum sese  
magni

magnificētius ostentabant: si qui verò prudēter respublicas institutis legibusq; fundarunt, vt de nonnullis memorię proditum est illa instituta, illę leges vnius vrbis mœnibus, aut certè regionis vnius finibus continebantur, à vicinis ciuitatibus repudiabantur. At Paulus noster, patres amplissimi, spreta humana sapientiã, reiecto inani eloquentiæ ornatu, penè ab Arabia profectus, quo incredibili ardore ad opprimendam nascentem religionem aduolarat, eodem repentè, diuinitus mutato consilio, Syriam, Palæstinam, Ciliciam, Asiam Græciam, Macedoniam, Illyricum, Siciliam, Italiam, admirabili cœlestis doctrinę luce compleuit; hac vna re maximè nobilibus principibusque viris commendatus, quòd cùm artem fordidam factitaret, ne in media quidē instituendarum gentium occupatione, opus vniquã intermittebat, & ne grauis esset iis, quos ad benè beatęque viuēdum suis præceptis erudiret, ipse sibi victum suis manibus & labore quærabat: eodem modo cæteri disciplinæ Christianæ doctores cùm ea docerent quæ prudentioribus delirantium somnia esse viderentur, distributis prouinciis, orbem terrarum non modò peragrarūt, sed etiã errore ac superstitione liberarunt, vt homines omnibus ingenuis

artibus expoliti, rudibus earum, & ignaris, diuites egentibus, opulenti inopibus, reges opificibus libenter obtemperarent. Prô Deus immortalis! quæ præsidia diuinitus oblata iis fuisse credimus, qui nullis humanis auxiliis illud perfecerunt, quod cum aliquando philosophi tentassent, tanto rerum omnium instructu & apparatu infectum & inchoatû reliquerunt? verum quid homines cum hominibus illis, à quibus libri diuini scripti sunt, cum omnium bonarum artium auctoribus ineptè contendo? quasi verò auctores illi sint huius diuinæ sapientiæ, qui literis nobis mysteria cœlestia consignata relinquerunt. Longiùs progrediar, patres amplissimi, non quàm veritas ipsa patitur, sed fortasse, quàm isti humane stultitiæ (neque enim sapientiæ) laudatores & admiratores expectant: vt illud omnes intelligant, certarum quidem contentione rerum scientias humanas à diuina superari, auctorum verò comparatione tantâ illas offundi luce & obrui, vt nullo sint in numero locoque reponendæ: vulgares illæ artes, ac scientiæ ab hominibus inuentæ, amplificatæ, descriptæque sunt: etenim præclara illa & omnibus expleta partibus sapientia, quæ primo parenti generis humani tributa fuerat, pertenui & perobscurâ famâ multis errorum

rorum

rorum obtenta velis, vt veritas planè dispi-  
ci nequret, ad posteros permaneret, & illud  
ipsum reliquum scientiæ lumen tam exi-  
guum, & tam obscurum, ita nocte vitio-  
rum, & impietis tenebris erat oppressum,  
vt vix eius scintilla paucis, in caligine igno-  
rationis tam cæca præluceret: tum homi-  
nes prudentes tantarum rerum admiratio-  
ne commoti, quæ in natura insunt, no-  
tare animo docerèque cœperunt, ac sen-  
sim aliis aliud adiicientibus, quotidianis ac-  
cessionibus ad eam magnitudinem philo-  
sophia peruenit: vt nihil ferè, quod qui-  
dem non esset penitus ab hominum inge-  
nio seclusum, desiderari videretur: quare  
in dialecticis, in physicis, in mathemati-  
cis, in aliisque ferè præclaris artibus, &  
quis quamque primus repererit, & quid-  
quisque ad inuenta superiorum addiderit,  
demonstrari solet, neque verò crediderim  
quod res, tam recôditas & abstrusas ab ho-  
minibus quamuis prudenditissimis. animad-  
uerti sine ope diuina potuisse, verùm cū eo-  
dem modo quidquid sit, quidquid agitur à  
nobis, diuinum auxilium sine dubio requi-  
rat, etsi omnis humanarum origo discipli-  
narum ad Deum referenda est, hominum  
tanta inuenta verè & sunt, & dicuntur. At  
nostra Theologia tametsi multos & varios

i. Pet. 2. habuit auctores tamquam Dei Opt. Max.  
 librariorum, aut, si mauis, interpretes: non ab  
 his tamen, quorū ille vsus est opera, sed ab  
 ipso Deo verè dicitur esse profecta: nam, vt  
 qui Italicum aliquid Italici sermonis igna-  
 ris declarare volunt, adhibent interpretem,  
 qui quæ Italicè acceperit, aliis ipsorum lin-  
 gua fideliter enūtiat: sic optimus ille rerum  
 parēs, & rector cū multa nos docere vel-  
 let, quæ per nos ipsi nūquam animo perue-  
 stigare possemus, neque diuinas eius pate-  
 factiones, cœlestem quendā videlicet pere-  
 grinūmque sermonem caperemus: pauco-  
 rum mentes ad illas arcanas significationes  
 accipiendas excitauit, vt per eos nobiscum,  
 non aliter atque cum Gallis, vel Germanis  
 Italus colloqueretur. Moses ille iudex He-  
 bræi populi & legislator, quidem interpret  
 erat Dei: Iesus eiusdem gentis Imperator,  
 interpret erat Dei: Samuel, Dauid, Salomon,  
 Esdras, cæterique librorum veteris Testa-  
 menti scriptores, interpretes erant Dei: de-  
 nique Apostoli & Euangelistæ siue quid li-  
 teris mandabant, siue præsentis voce con-  
 stituebant, quodā Christo accepissent, nihil  
 erant aliud, nisi Dei quidē interpretes & ad-  
 ministri, quidquid illi vel voce, vel scripto  
 præcipiebant, non ipsi præcipere putabatur,  
 sed qui per eos cū hominibus loquebatur  
 Deus

hrylost.

Genes.

mil. 2. 3.

August.

confes.

p. 30. 31.



Deus. Perquam scitū illud est, quod in con- Chrysol.  
 cione quadam scriptū reliquit ille Ioannes, honn. 2.  
 qui cognomen ab aureo genere orationis Geef.  
 iuuenit, sacros libros veluti epistolas esse  
 quasdam in homines missas à Deo: eorum  
 autem librorū scriptores esse, quasi pueros  
 & tabellarios diuinos, vt nō magis eorum,  
 quæ sacris litteris cōtinentur, auctores pu-  
 randi sint, qui scripserūt, quàm epistolarum  
 illi, qui reddunt. Deus, Patres amplissimi,  
 Deus est Theologiæ nostræ princeps & pa-  
 rens, ille generis humani magistrum se esse  
 professus, quæ vel ad alios informandos ne-  
 cessaria vel vtilia fore viderentur, paucis  
 quos tāquam ad manum sibi habuit, occul-  
 to quodā admirabilique modo dictauit, ho-  
 rum monumenta qui contemnunt, non ho-  
 minū scripta contemnunt, sed tacitam Dei,  
 qui fuit ipsis auctor scribendi, vocem: quid  
 enim quondam philosophi non tentarunt,  
 immò quid nō fecerunt ad hanc cœlestem  
 philosophiam extinguendam? quàm multa  
 Celsus ex illo tererrimo pectore effudit?  
 quàm multa Porphyrius non tam doctrina,  
 quàm pecuniis abundās euomuit? quā mul-  
 ta Iulianus ille transfuga leuissimus non  
 modò scripsit, vt philosophus, verùm etiam  
 instituit & edixit, vt Imperator; qua cilli-  
 ditate maiores nostros literis etiam; & do-  
 ctina

etrina liberali priuauit; futurum sperans,  
 vt sensim omnis Christiana philosophia ex  
 hominum mentibus penitus obliuione de-  
 leretur? quàm sæpè alij elati sapientiæ opi-  
 nione cum nostris in contentionem vene-  
 runt atque certamen, si fortè suis disputa-  
 tionibus hanc diuinitus nobis donatam  
 sapientiam ex hominum animis extirpare  
 possent? Hæretici verò, quàm multa moliti  
 sunt ad eandem euertendam: quæ machinæ,  
 quæ supplicia, qui cruciatus, quod indigæ  
 necis genus, à quo tempore Nero primus in  
 nostros impium & nefariū gladiū distrinxit  
 vsque ad Cōstātinum Magnū, & ab illo rur-  
 sus vsque ad nostrā ætatem (modò Arianis,  
 modò Saracenis, modò aliis in misera in-  
 nocentiū cæde bacchantibus) non in eorum  
 corporibus, qui stabant à veritate, consum-  
 ptum est? omnia conspirarunt, quæ valerent  
 ad quamuis disciplinam opprimeudam: do-  
 ctina, diuitiæ, nobilitas, multitudo, vis: ta-  
 men & philosophia insolentes & arrogan-  
 tes non solùm nostri doctores, sed etiā ho-  
 mines indocti puellæque superarūt, & diui-  
 tes egētibus nobiles obscuris, paucis multi  
 cesserunt: & imbecillarum mulierum nuda  
 corpora firmiora fuerunt ad ferendū, quàm  
 valentissimorum liكتورum armatæ manus  
 ad cruciandum, quàm multa genera philo-  
 sopho

sophorum intra paucos annos, aliorum  
contrà sententiarum disputationibus ita fra-  
cta & extincta sunt, vt eorum nunc memo-  
riã propè nullam teneamus? quamdiu Ari-  
stotelis doctrina iacuit in tenebris abdita  
atque retrusa, cum Platonis Philosophia ma-  
ximè vigeret? contrà nunc Aristotele floren-  
te vt contemnitur, vt ignoratur, vt reiiicitur  
à philosophis ipsis & exploditur Aristotelis  
magister Plato? vix ille vir tantus in officii-  
nis rhetorum locum aliquem tenet. At no-  
stra Theologia cœlestis, ex illis angustiis  
Hebrææ gentis, post Christi mortem salu-  
tarem educta, quò vehementiùs multorum  
& vocibus, & litteris, & armis oppugnaba-  
tur, eò longiùs latiusque spargebatur & dis-  
seminabatur in omnes terras atque maria,  
& ipsa dimicatione corroborata magis, illu-  
strior ad nos vsque permanauit, ex quo  
profectò perspicitur, quis diuinæ sapientiæ  
fuerit auctor & princeps, cum eius vim non  
insolentia philosophorum, non rerù copiam,  
non generis claritas, non tot ciuitatù opes,  
non imperatorum crudelitas potuerit susti-  
nere. Quæ cum ita sint, quantum homines  
ab illa præstante æternâque natura distant;  
tantùm certè est inter hoc verè cœleste  
Theologiæ nostræ donum, & omnia homi-  
num inuenta, discrimen. De auctore dixi,  
patres

reg. 20.  
or. init.  
Thom.  
par. q. 1.  
t. 10.

patres amplissimi, reliqua est ratio ipsa formaque doctrinae, quam ego mihi extremo loco proposueram, cum essem de eius dignitate dicturus, qua & sententiarum varietate & naturalis habitus integritate, & cum eorum qui instituuntur ingeniis convenientia, omnium disciplinarum formis antecellit: etenim illae sic traduntur, ut iisdem verbis plus vno significare non possint: at haec diuino munere nobis concessa doctrina, vno eodemque genere sermonis, & rem gestam exponit, & mysteria caelestia subtili magis & arcana significatione demonstrat: in illis verba sola tum propria, tum translata significant: in hac vero disciplina plane caelesti non verba modo, verum etiam res ipsae quae significantur, aliquid designant. Illud est diuinae sapientiae cum omnibus facultatibus, & artibus, & scientiis commune: hoc quantumcumque demum est, totum est proprium ipsius: nihil sibi ex ista laude Grammaticorum exquisitae reconditaeque literae, nihil argutiae dialecticorum, nihil oratorum ille apparatus & quasi pompa decerpit: quin etiam illa ipsa philosophia, quae rerum tum humanarum, tum diuinarum cognitionem, & causarum quibus ea continentur, tradituram se esse profiteretur, nomine quidem verecunda & modesta, re autem arrogans & impu

impudens & proterua, nullam sibi partem istius possessionis, ne defringendo quidem surculo, vsurpat, diuinæ sapientiæ de iure cedit: quidquid dignitatis & ornamenti in hac tam multiplici optimarum artium varietate positum est, id totum huius vnus doctrinæ proprium esse confitetur. Possunt quidem homines, qui sine dubio, cæterarum disciplinarum conditores & amplificatores extiterunt, veteres verborum significationes abrogare instituire & promulgare novas: arbitrioque suo verba fabricare, quibus id significetur quod ipsi velint: possunt res iam ante factas ad alias declarandas accommodare: licet non ideò factæ fuerint, vt eas significarent, vt si quis ea, quæ in aliquo prælio contigerunt, transferat ad ea demonstranda, quæ nobis in hoc bello vitiorum atque virtutum efficienda sunt ad vincendum; possunt aliquid facere, quod ipsum, dū fiat, aliud declararet, vt ille fecit, qui filio, summis papauerum capitibus baculo decussis, Gabinæ ciuitatis principes aliquâ arte opprimendos indicauit, fingere denique multa possunt tum narrando, tum describendo, vt in poëtarum fabulis fieri videmus: omnia verò, quæ gesta sint aliquando ad alia declaranda narrare ac docere, vt non solum dum narratur, mysticas habeant

Tarq. su  
per. apuc  
Liu. I. ab  
vrb. con.

habeant significationes, sed etiam tum cum gererentur, aliud aliquid notarent, hoc nullius hominis est, hoc solius Dei est, quo auctore nostra sapientia iure gloriatur: quare in scriptis hominum, cuius illa modi sint, ubi sententiam eam, quæ vi verborum concipitur & in cogitatione comprehenditur, nihil habes amplius, quod requiras, nisi si quid aliquando fortè sit factum, aut à poëtis ingeniosè fabricatum alicuius rei indicandæ causæ, ut de pauperibus modò dicebamus, & in poëtarum fabulis explicandis viri gravissimi fecerant. S. Augustinus fieri posse negavit. quamquam in historia virtutum exempla proponuntur quæ sequamur, virtiorum quæ vitemus, & ex rebus in bello gestis aliqua similitudo peti potest, ad hanc vitæ Christianæ militiam salutaribus præceptis instituendam atque hæc multò maxima utilitas historiæ iure censetur: tamen quæ commemorantur sic interpretari, ut Pompeio Christum, Cæsare malum dæmonem significari dicas, & huiusmodi portenta longa & assidua commemoratione non excogitare solùm, sed etiam mandare litteris, edere, peruvulgare, ut nescio quis aliquando fecit, hominis est, si quidem sentit quantam maculam suscipiat, existimationem sua contemnentis, si autem non intelligit

Marc. som.  
cip. & in  
aturn.

Proculus  
in rempu.  
lat.  
de doct.  
Christi. c.

Gesta Re-  
manorum  
mortali-  
zata.

ligit quantum flagitium admittat, vel stupidi, vel amentis: fabulas autem vel pueriliter & ineptè sine causâ, vel ad id tantum quod accidisset aut in natura positum esset cum voluptate declarandum fictas ab antiquis ad nostram religionem traducere conati, Ianumque bifrontem, aut tergemina Hecaten, aut Cerberum tricipitem, aut tres Parcas, aut totidem Gorgonas aut tridentè Neptuni, aut trifidum Iouis fulmen, aut clauam Herculis trinodera cum Deo, trino & vno comparare, ceteraque inania monstra prisca, ut non modo ex profanis, verum etiam ex impiis non nemo tentauit: quid quæso aliud est patres amplissimi, nisi gemmas clarissimas lutulentis conculcare pedibus, & splendorem diuinarum rerum impurissimorum hominum sordibus obscurare? At in literis diuinis cognitâ vi & significatione verborum, siue suam quodque sedem obtineat, siue non impudenter migrarit in alienam, quæ pro Deum immortalem! ex rerum significatione subtilitas, quæ diuinitas ad cogitandum, quanta copia, quam grata & iucunda varietas ad dicendum ostenditur? Illæ veteris legis ceremoniæ vmbra quandam habebant veritatis, & quasi notæ quædam erant atque signa eorum quæ expectabantur: quam multa hinc, quam nouæ

sententiæ, quàm admirabiles existunt, quã-  
tus vtriusque Testamenti & veteris & noui  
quasi contentus reperitur? Res à Christo  
gestæ, præsertim in sanãdis corporum mor-  
bis, quid nobis faciendum sit in animis cu-  
randis ostendunt: quanta sententiarum ex  
hoc vno fonte vis, quã copiosum orationis  
flumen erumpit ad conformandos homi-  
num mores, ad vitam instituendam, ad  
monendum, ad cohortandum. Quæ illustri-  
bus quondam viris vnus Dei cultoribus,  
etum veteri lege, tum ante legem latam na-  
turæ præscriptio bene beatæque viuentibus  
acciderunt, liberatoris nostri facta ac disci-  
pulorum, solennes Ecclesiæ ritus ceremo-  
niæq; sacræ quaedam imaginem filius hic-  
rarchiæ cœlestis habent & diuinæ vitæ quã  
speramus: quàm immensus campus aperi-  
tur? quàm infinita sylua proponitur & ad  
commentandum & ad loquendum? quàm  
abstrusæ sententiæ, quàm graues ad erigen-  
dam spem suppeditantur? Testes sunt libri  
virorum & sapientiæ, & vitæ laude præstã-  
tium; qui profectò neque vbertatem, neque  
grauitatem, neque varietatem tantam ha-  
berent, nisi illi à quibus conscripti sunt om-  
nes literas diuinas explanandi vias incredi-  
bili studio fuissent, curâ, diligentia perse-  
cuti: testis vna S. Pauli epistola scripta ad  
Hebræos,



Hebræos, in qua mirandum in modū elucet veterum ceremoniarum explicatio, conueniens Ecclesiæ moribus & institutis: testes reliquæ tum eiusdem, tum aliorum Apostolorū literæ diuinæ, quæ hæc tam multiplici veterum Prophetarum scripta interpretandi ratione dici non potest quanta sint & copia refertæ, & varietate distinctæ, neque verò tam diuersæ interpretandi rationes quidquam habent simile illis ineptiis; Pompeio Christus, Cæsare dæmon improbus designatur: quorum nihil, neque quæ res gesserunt, neque qui narrarunt, aliquando cogitarant: sed omnia, quæ humana mens verè & aptè excogitare potest in illis generibus explicandi, & multò etiā plura quàm quisquam assequi cogitādo possit, declarare nobis ille voluit, à quo omnis nostra philosophia manauit Deus: neque vna sententia alteri ex dissimili genere aduersa est, vel alia quauis ratione obsistit: verùm omnes ab vna, quæ vi & genere verborum cōficitur velut à capite ortæ, mira quadam inter se consensione & societate conspirant. Illa si S. Gregorio credimus, tanquam facies diuinarum literarum est, mens ipsa intus penitus inclusa latet: qui verba solummodò vidit quæ vim habeant, is diuinā sapientiam veluti de facie tantum nouit: mentem ipsā

ocultosque sensus ille perspicit, qui assiduo  
 usu potest ab aliis, quæ verbis cōclusa sunt,  
 ad quæ rerum significatione ducimur, ani-  
 mo peruenire verissimè idem ille scriptum  
 fecit; quantò quisque magis in verbis atque  
 in literis diuinorū librorum hæreat, tantò  
 eum ab illorum intelligentia longiùs abes-  
 se: quantò igitur ipsa forma sermonis hæc  
 prestat omnibus disciplinis ac scientiis hu-  
 manis; cum illæ vno sint interpretadi gene-  
 re cōtentæ, hæc quatuor tam inter se dissi-  
 miles ac disparis rationes accipiat explanā-  
 di; non dubito patres amplissimi, quin hanc  
 tantam varietatem cum ad cogitandum vbe-  
 rem, tum ad ornandum amplam atque ma-  
 gnificam esse iudicetis. Verum nō satis ha-  
 buit Deus Opt. Max. diuersis generibus si-  
 gnificandi multiplices declarare sententias,  
 nisi vno illo & eodem genere, quod verbis  
 propriis translatisque cōsistit, miram quan-  
 dam ostentaret dissimilitudinem & copiam  
 solæque verborū significatione multas no-  
 bis & valde disiunctas sententias explicaret  
 nam inuētores & principes cōmunitum ar-  
 tium (homines nimirum erant) quod ipsis  
 venerat in mentem, id videbant, quid aliis  
 eadem de re cogitantibus, consequentibus  
 annis occursum esset, non videbant: cum  
 tamen alia permulta verè & cogitari & di-

ci possent: itaque dederunt operã, vt quam-  
cunque complexi essent mente sententiam,  
eam sic verbis exprimerent, vt aliò scripti  
significationem trahere non liceret: quod si  
quando parum diligenter aut verbi, aut ser-  
monis ambiguitatem declinarunt, vt duæ  
plurësve sententiæ accipi possunt, vna est  
tamen quæ in eorum animis infidebat, quã  
nobis oratione aperire voluerunt, cæteræ  
quamuis veræ, quamuis vtilis, quamuis ne-  
cessariæ ab illorum mentibus; & voluntati-  
bus erant prorsus alienæ. At verò Deus, cui  
nihil est præteritum, nihil instans, qui om-  
nia, & quæ fuerunt & quæ futura sunt, non  
aliter ac præsentia contuetur, cum sacros  
libros, quos habemus, ipse dictaret; quæ-  
cunque sententiæ legentibus & de rebus  
eiusdem cogitantibus munere vnquam ip-  
sius atque dono in mentem erant venturæ,  
eas perinde cernebat, quasi occurrissent.  
Quocirca manus eorum & sermonẽ, quos  
tanquã librarios & interpretes ex tanta ho-  
minum multitudine sibi delegerat, ita mi-  
rabiliter temperauit, vt eodem genere ver-  
borum omnes illæ sententiæ comprehen-  
derentur, siue hoc etiam diuino beneficio  
illi ipsi viderint qui scribebant, siue vnã  
tantum sententiam illi cognorint, cæteras  
ignorarint. Ac debet illa, quidem potior

726      *De perfecta doct. Christ. forma*  
videri, quam illi cogitarunt, qui scripserunt?  
sed cum auctor præcipuus huius philoso-  
phiæ cœlestis omnes iam antè viderit, &  
nullam non intelligi voluerit à nobis; nul-  
la reiicienda est, quæ neque cum fide, ne-  
que cum veritate pugnet, & cum anteceden-  
tibus, & consequentibus sententiis aptè co-  
hæreat, siue aliis diuinarum literarum locis  
siue coniecturis tantummodo verisimilibus  
comprobetur, si præsertim sacrorum inter-  
pretum accedat auctoritas. At enim hæc  
sententiarum ex eodem genere orta varie-  
tas, perturbationem magnam affert, nul-  
lam omninò intelligenti: quid ita? quia om-  
nes ab errore, quàm longissimè absunt, cum  
domina rerum veritate mirè consentiunt; si  
qua verò cum falsitate coniuncta est, illa  
reiicitur, exhibilatur, quo mirabilior ac  
diuinior nobis doctrinæ cœlestis forma &  
species videri debet, sine confusione aliqua,  
vna & eademque facie verborum, tantam  
sensuum varietatem & tam multiplicem  
tegar.

*Alia quatuor reliquæ orationes, quas eâdem  
de re Perpinianus pollicetur, desiderantur.*

P E T R I